

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi  
Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

**Leoni, Giovanni Francesco**

**Coloniae Agrippinae, 1682**

37 Beneficia, quae exspeciali decreto Papae debent resignari, sunt  
reservata.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10316**

- buf. in pract. benefic. de devolut. num. 1.
- 31 Decimo octavo † parochiales ecclesiae, quartum provisum à die pacificat possessionis intra annum, ad sacerdotium non cura-<sup>35</sup> verint se promoveri, cap. licet, cap. statutum, & cap. commissa, de elect. in 6, at annus hujusmodi non currit impedito, quia incipit, impedimento cestante, & post pacificam adeptam possessionem, vel à tempore, quo per provisum fuit, quomodo possessionem assequatur, d. cap. commissa, & gloss. in d. cap. licet, in verb. an-<sup>36</sup> num, de elect.
- 32 Decimonono generaliter † omnia beneficia, de quibus Ordinarii, & alii collatores contra concil. Tridentin. decreta disponunt, ut idem Papa Clemens in reg. 1. cancell. in fin.
- 33 Vigesimò omnia † beneficia schismaticorum, quæ propterea schismatici amittunt, cap. nos consuetudinem, 12. distin. & cap. quia diligentia, de elect. & quam detestabile sit hoc crimen ostendit dominus in Datan, & Abiron, quos terra vivos absorbuit, cum domibus, tabernaculis, & universa substantia eorum, Deuter. cap. 11. & patet in cap. deni-<sup>37</sup> que, 7. quest. 1. & in cap. in nomine, 23. dist.
- 34 Vigesimo primò beneficia † vacantia per violationem sequestri lite pendente in curia Romana, clement, unic. 5. si quis autem, de seq. post. & fructu: quia cum sint in curia litigiosa, Sedi Apostolica sunt reservata, nisi sequestrum fuerit violatum, lite pendente in Rota per appellationem, quo casu, ut evicetur circuitus, poterit adjutor in odium sequestrum violantis, beneficium in colligantibus personam conferre, clemen. ad-
- jutor. de rescript. quod est speciale in Rotæ auditoribus, ut per gloss. in ead. clem. auditor. in ver. deputatus à nobis, & aliis casibus † altero decedente, non potest Ordinarius de beneficio litigioso in superstitem disponere, quia lite pendentem nihil est innovandum, clemen. 1. & 2. ut lit. pendent. & subrogatio in juribus defuncti spectat ad Papam, cap. fin. eod. tit. in 6. & Cassad. de decis. 5. num. 1. & tot. tit. ut lit. penden.
- 36 Vigesimosecundò beneficia † vacantia per simoniam, ut in d. constit. cum pri-<sup>mùm</sup> quæ vacant ipso jure: & est crimen, quod æquiparatur criminis hæretici, & læsa maiestatis, cap. 1. ubi gloss. ult. de test. in 6.
- Vigesimotertiò † vacantia per ad-<sup>38</sup> petitionem possessionis litteris Apostolicis non expeditis, quando quis auctoritate Apostolica fuit de beneficio provisus. Paul. III. constit. 33. quæ incipit, Sandissimus, in Bull. Rom. impres.
- Vigesimoquarto sunt specialiter reser-<sup>39</sup>vata omnia beneficia, quæ per resignationem, vel obitum auctoritate Apostolica conferuntur † cum decreto, quod provisum beneficium tunc obtentum in manibus Papæ intra duos menses, aut aliud tempus, resignare teneatur, & quod de eo per sedem Apostolicam duntaxat provideri possit, & similes reservationes sunt speciales pro beneficiis tunc expressis. Cassad. decis. 3. num. 3. de reservat. & Monet. de optio. cap. 31. num. 44.
- Vigesimoquinto † omnia beneficia, quæ causa rebellionis contra sedem Apostolicam, contumacia, aut cujuscunque criminis, vel delicti Apostolica au-<sup>40</sup>ctoris